

cenos; así como las décimas de las rentas reales y las Iglesias de Eznavexore, salvos los derechos que pueda tener la Orden de Santiago; igualmente, todas las Iglesias edificadas a este lado de Alcaraz hasta Muradal y el Puerto de Bonalamel, salvos semejantes derechos de la Orden de Salvatierra en las Iglesias y en las décimas de las rentas reales. Data do en Burgos el día 19 de Agosto de 1.213, año 2º de las Navas de Tolosa. Pergamino de 335 x 316 mm. Falta el sello, aunque quedan restos del cordón de seda de que pendía.

Archivo Catedralicio de Toledo. Signatura: A. 3. B. 1. 1.

*“Quoniam omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum, non debet sapiens in sapientia, non fortis in fortitudine, non diues in diuiciis stari; Dominus enim est qui operat omnia in omnibus, Dominus Iesus Xristus, huic ergo flectatur omne genu, huic omnis lingua confiteatur, quia in eo qui Summi Patris sapiencia est, Summus Pater deuincit superbum et humiliat utuulnernatum, cuius vero sapiencia in hoc manifeste claruit quod Regem Marochitanum Masomat Almiramonem, cuius potestati non est potestas super terram que sufficit comparari, qui factus est ut neminem timeret, quia solus occupat terciam partem totius orbis que Africa dicitur, et de alia tercia, scilicet Europa in Yspanis usque ad triginta dioceses que quondam xristiano cultu subfuerit noscitur occupare; qui etiam in superbiam elatus tanquam Lucifer omnibus crucem Xristi adorantibus indixit campestre bellum. Hunc iniquum Regem per nostre paruitatis ministerium uenientem in multitudine maxima et comminantem cultum destruere xristianum, apud Nauas de Tolosa sternere Sancte Crucis uictoriā campestri bello misericorditer est dignatus, ubi cesis de suis ferme ducentis milibus armatorum, ipse fugacis equi vehiculo el fuge presidio est saluatus. Cum itaque retribuere Domino pro hiis que nostris retribuit non sufficiam, saltem de hiis que tribuit magna lue pro paruitatis nostre modulo retribuere aliqua laborem. Ea propter Ego, Aldefonsus Dei gracia Rex Castelle et Toleti, una cum uxore mea Alionore Regina et cum filio meo Infante Domino Henrico, libenti animo et uoluntate spontanea, de hiis que non ego sed gratia Dei mecum cultui subdidit xristiano, tibi Domine Roderice Toletane Sedis Archiepiscopo et Yspaniarum Primati et successoribus tuis damos et concedimus plene el perfecte et libere omnes Ecclesias de Alcaraz et de omnibus terminis*